162

Item quanto domus minor fu- erit et stuba tanto citius calefit q̃z maior etiã a paruo igne. De tercia parte euangelij vt prius dixi patuit prius in dominica vndecima. vbi eadem sũma po nitur que hic. ⁊ ibi habebatur recursus. In summa huꝰ euan gelij docet xp̃us magister cele- stis auariciaz fugere nullũ frau dulenter obseruare. nec vitã eiꝰ explorare. superbiam omnino fugere. ac humilitatis formam inuiolabiliter conseruare. Et p ista ad celestia regna peruenire Quod nobis facere cõcedat cri stus qui hec docuit qui ẽ vnuz cum patre ⁊ spirituſancto. Am̃

dñica xviij

Conuenerunt pharisei in vnum. Mathei. xxij. Do cetur in phylosophia morali. viij. ⁊. ix. Ethicoꝝ. Q̃ si- militudo est causa amicicie ⁊ cõ cordie. sicut videmus in brutis gallinis. ouibus. equis. ꝛc. q̄ so ciant se sue speciei. et hoc habẽt ex naturali inclinatione. q̄r dic̃ aristo. Simile est amicum simi li. Hoc etiaz videmus q̄ homi- nes eiusdem ligue ciuitatis. p- uincie se mutuo diligunt. Ext̃- nei vero sepe sunt discordes et sediciosi. vt patet in ciuibꝫ. Ido vbi sũt diuerse nationes in stu dijs. in ciuitatibus sepe oriun- tur dissentiones ⁊ scismata. et pollicie eorum corrumpuntur. Dicit ph̃us in polli. Sic simili ter contingit in moribus homi num diuersis. qui inter se sunt contrarij. quidam peruersi. qui- dam virtuosi. que in euangelio clare relucent xp̃us sanctissimꝰ pharisei peruersissimi. Cristꝰ do cuit humilitatem ⁊ caritatẽ. ac ceteras v̓tutes et rep̄hẽdit pha riseos ⁊ scribas ⁊ sac̃dotes ꝓpt̃ eorum auariciã. superbiã. et inui diam. Ido temptabãt xp̃m insi diantes ei vt possent eum accu sare et infamem facere ꝓplo. q̇ libenter eum audiebat hoc etiã in euangelio p̄cedentis euãgl̃ij et dñice faciebant. Vnde tria h̃ tanguntur. Primo insidiosa in terrogatio phariseoꝝ p legisp̃i tũ de maxio mãdato. Scdo ve rissima responsio xp̄i ibi. Dili- ges dñm deũ tuũ. ꝛc. Tertio in terrogacõ xp̄i ad phariseos cu ius filiꝰ sit xp̃s. Ad quã respon sionẽ r̓sponderũt dauid. et ad obiectus xp̄i de psalmo respõ dere nõ poterãt. Quantũ ad pri mũ hij q̇ p̓mi esse debebant ad cognoscẽdũ ⁊ capiendũ v̓itatẽ a xp̄o. s. scribe pharisei ⁊ sac̃do tes isti erãt p̓mi ad r̓sistẽdũ v̓i tati ⁊ accusandũ eũ ſm illd̓ Da niel. Egressa est iniq̇tas a seni oribꝫ israhel qui videbant̃ regẽ ꝓpl̃m. Et hodie sepe sic̃ ꝯtingit quos nullꝰ audꝫ rep̄hendẽ. nec

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-510/0321

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG